IDEM LATINE

Semel, en, *Verenda Moles*
Lentum reddit tonum
Laeta *recens* audit *proles*
Et Magistger sonum.
Vos manete, quibus datum,
Nare quavis hora,
Ceteros juvat lavatum
Ire sine mora.

Dixit Ealdhelm, 'haec petenti
Sedes jam placebit,
Ubi fons aqua fluenti
Balneum replebit.'
Fosso stagno (locum vane
Quaeris indagare)
Pueros quotidiane
Jussit balneare.

Danu sille cum paravit
Lacum generosum,
Circa scholam nuntiavit
Nuntium jocosum, -
'Omnes membra (puer audis?)
'Mergere gestimus;
'Ni surgetis cum alaudis,
'Introibo primus,'

Cessit Sanctus; requiescat
Alter nec videndus.
Restat nobis ne senescat
Bonus mos colendus.
Lingua crescere Romana.
Mentes quis negabit?
Sanos nervos, membra sana
Frigens aqua dabit.

Et si forte quem severe
Terreat tigillum,
Mille comites vicere,
Non timebis *illum*.
Qui inductus variato
Luges nunc colore,
Cura sit ut purpurato
Fulgeas honore.

Words by James Hamilton Francis Peile (1863-1940).